



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Legatvs Apostolicvs, Sev Concionvm, De Iohannis
Baptistae, Magni, Adversus Incestum reliquaqué peccata
Herodis, Libertate, Notae**

Bosquier, Philippe

Coloniae, 1612

Echo Concionis XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56132](#)

ECHO

CONCIONIS XXII.

THEDA. Adiecit tamen tandem Herodes & hoc super omnia. Ipse enim misit, ac tenuis Iohannem & alligauit eum, & inclusit in carcerem, pro Herodiadem uxorem Phillipi fratri sui, quia duxerat. Luc. 3. Marci 6. Matth. 14.

Facta repetitione vslata, sic propositum;

1. De Herodis, & Potentiorum inconstancia;

Dicendum ho[mo]n[u]m milii 2. Quae causa tantae instabilitatis;

3. Quam stulti Curiarum, ac Potentiorum sectatores. AVE.

I.

De Herodis & Potentiorum inconstancia,

Heri audiebatis (Auditores &c.) Herodem pro Iohanne suo etiam contra carissimam suam Herodicam, cum Deo, cum populo militare, omnia unius caput imere, facere &c. at ecce, hodie idem auditur, omnia propter Herodiadem contra Iohannem, contra Deum, contra populum, contra conscientiae suæ dictamen, facere.

Hodie enim missis satellitibus occupat Iohannem, inbaethrum Macheruntinum, quasi in quandam artem Vilordianam, intrudit &c. & quidem propter Herodiadem, ait Euangelista.

O rerum scenam detersèt inuersam!

O fortuna porsus, quam variabilis! Virgil in Opusc.

Diaria est, horaria est, imò momentanea est.

Ita nunquam vni diu est bona, vt non semper ei-
dem, mala.

Viresq[ue], que, quum splendet, frangitur. Publius.

Vt Agrippa è carcere ad regnum, sic Baptista, velut
è regno & summo Regis favore, ad carcere rapitus
est.

Heri, securigeri milites, Herodis iussio, Iohannem
honoris & præsidij pecie, quasi fasces præferentes, co-

Vu s ronabant;

Mirabilis
terū circa
Iohannem
Incon-
stancia.

ronabant; hodiè ijdem illi, iusso vnius & eiusdem Hodis, Iohannem, non sine infamia, circumstans, retinunt, vt vinciant, & in lucum iniiciant, &c.

Ligatur, Plagatur hodiè Baptista in domo eorum, qui hieri eum diligeant.

Ite nunc, & fortunæ credite; Ite nunc & ponite eum nem brachium vestrum, Auditores.

Ite nunc & confidite in Principibus, in quibus ueritatis salus.

Deinceps, si legem nocens veretur, fortunam inveneris, a qua læpē obprimitur, potest verei.

Curia quā instabiliſ. & parū fid. . Videte: gitur (Aulici) videte, sed & vos quoque Curiae & Magnatum Oratores, quam ibi fallax & una est gratia; quam fluxa ibi omnia, quam instabiles angustae lucerte huicmodi amicitia.

Si laxas erepunt, si stringis, erumpunt.

Lupum auribus tenete facilius, quam illas.

Vt variū & mutabile semper famina, sic & Curia, ut recte Valerius Flaccus infidam Curiam appellavit:

Ibi arundines vento agitate. Matt. 11.

Ibi scintillo in arundinero disurrenti. Sap. 3.

Ibi arbores autumnales. Ep. Iud. x.

Ibi nubes sine aqua, que à vento circumferuntur. Ibid.

Ibi sydera errantia. Ibid.

Ibi luna crescents, & decrescents. Eccli 27.

Ibi aqua diluvij cunctes & redentes. Geas.

Ibi Euripi vno plures & septies quovis die reflui.

Ibi Proteorum seu Verrumnorum seminarium.

Ibi laruarum, & fictorum pictorumq; vultuum officina.

Vix ibi aliquis unus non personatus.

Ibi maximè vanitas vanitatum, & omnia vanitas,

ibi Thurini multi, fumi venditores.

Ibi denique ipsa inconstans, quæ, quod voluit, fecit; repetit, quod nuper omisit. Horat.

Modò harum, modò illarum partium, aliud stan-

tes, de eodem Aulici serè cogitant.

Quam

Quam saltibus & choreis quotidianis Aulicorum corpora tam eorum animi desultoria levitate delectantur. Oves manè, lupi rapaces vespere.

Quam gaudent mutatorijs, & noua quotidiæ di-

noide, tam gaudent amicitarum mutatione.

Ibitam Patroni, quam clientes, tam milites, quam

ticulae velut flumina mouebuntur.

Sub Sagittario natos dicas Aulicolas pænè omnes,

quædæ motu delectantur.

Imitantur id quoque, quod ventis animal nutritur,

& aura,

Quod protinus ad similitudinem teigit quoscunque colores,

Cameleon scilicet. Quid. Meram.

Genus hominum hominibus reliquis parum carū,

Demonibus minime odiosum, de malis loquor.

Dixit mouere pedes suos affectionum scilicet, nunc

amando, nunc odiendo unū & eundem, & Domino

unplacuit Hierem. 14.

Saltatrix, ac mobilis illa turba, tam Deo displicet,

quam placuit filia Herodiadis. Herodi simulq. discum-

lentius, cum saltauit, ut in sequentibus, dante Deo,

dicetur.

Cic Philipp. 7. Quid est enim inconstans, mobili-

ta, senaria, cum singulis hominibus, tum vero uniuerso

strati turpis?

Exeat, exeat aula Herodis, non modo qui vult esse Lucanus.

prosa, sed & cuicunque fides placet, & dictorum facto-

tumque constantia.

Exeat Herodis aula, cui tam non falli, quam non

fallere, constitutum est. vel Iusta, qui Reges timet.

Deponat, omne pellat ex animo decus. Senec. in Hip-

pol.

Itaque Nolite confidere in principibus, in filijs homi-

nus, in quibus non est salus. psal.

Hierem 17. Maledictus homo, qui confidit in homi-

ne, & ponit carnem brachium suum. & à Domino recedit

cor eius.

Ilai 36. Ecce confidis super baculum arundineum con-

stitutum istum super Ægyptum, cui si innixus fuerit ho-

mē,

mo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: si Pharaoh Rex Aegypti omnibus qui confidant in eo, iecur quondam Rabsaces ille ad Ierosolymitanos, quos obfidebat.

Vetissimum nostrate proverbio dicitur, Seruum Dominorum, non est hereditas.

Exemplis. Exemplis plena omnia.
nientis.
summa.

Aman nuper, ex infimo loco, ad summa pronectus, & indigenis aduenia prælatus, omnia in regno Assueri, præter sceptrum, gerens, Rex Regis ipsius, ubi ita multò post, nescio qua Zelotrypa Regicida, quasi Regi Reginam penè presente fecit, & in Cunam obprimere voluisse; ita Regi displicere cepit, non crucem repètè ageretur. Ita nunc & confidite in Principibus &c.

David nuper regijs armis indutus, nuper regijs cinctor, nuper Regis gener carissimus; paucis post diebus, Socero periclitante vix panibus mædicari dent vitam sustentat: Ita nunc, & confidite in Principibus &c.

Seianus vir, de quo multa Suetonius in Tiberio c. 48.) cum Tiberio Imperatori primū adeo carus fuisse, ut etiamnum viuenti statuam æream poluerit Imperator, decretique diē Naralis eius publicè sole & aliquandò Romani ipsi & quæ per Tiberium Seianumque, quasi per Castorem & Pollucem, iutaverint. Vadem ab ipso Tiberio, eius potentiam auxilium iam meruente, deseritus est ac proditus. Scriptum eum Tiberius è Capreis ad Senatum, contra Seianum, epistolam, atque ita à Marone, per milites dispositos, in Curia ipsa captus est, ac vincitus, à Senatu que dimicatus, in schalas Gemonias abiectus, vincos diuinitus est. Ex Dione Ita nunc, & confidite &c.

Belisarius quid post victorias ingentes de Barbaris, ab Imp. Iustiniano exercitus, stipendii eruginolata prætereuntibus emendacuit his verbis, Da ab aliis Belisario, viator, quem insula, non culpa recessit, Crinitus, & Volaterranus. Ita nunc & confidite &c.

Henricus ille VIII. Anglorum Rex, sum Thomam Morum ut regie & aulice tandem u-

auit

equitile nunc, & confide &c.

Nostræ ævi, & tatis, & orbis, ac pœnæ vrbis exempla
adhuc cruenta & fluentia, malo vos animis repetere,
quam à me expectare, imo satius vobis obliuisci, po-
stis meminisse.

Ita felicet cati quamlibet specie mites, & ludibri-
Quibus
ū postquam pluseulè cum mulculis collusere, ipsos
dem necant & deuorant.
similes
sunt AVB.
ci.

Ita ferè meretricibus adhuc adolescentulis & inte-
gris, tam concubinarij quam Lenones benè adficiun-
tur, abutuntur &c. quas rugosæ iam & corruptas abi-
gerot, earumque vix tandem conspectum ferent.

Cutia amicitias utilitate probat, & voluptate, bonis
sine mobilibus, & mobilitatis in amicitia autoribus,
parum honestate & viriure, bonis omni fundo immo-
bilioribus, & firmas amicitias facientibus.

Equum bellatorem tamdiu alitura atque in delirij
habitura, quamdiu Olympicis, aut prælijs idoneus,
vaditura duro agricolæ aut molitori, cum primum
caperit illa ducere.

Quisquis Herodibus, aut eorum Curijs spe incum-
bit, tam sit ille ruendi certus, quam arcæ illæ aut py-
ramides, qua in ebullientibus arenis, aut pratis tre-
mulis, nulla præpalatiōne, fundarentur; aut si que do-
mus olim in Delo Insula semper (ante natos illuc ex-
Latona geminos, Apollinem & Dianam) tremula, aut
in terris ad Audomaropolim fluctuantibus, essent ex-
adificate.

Quam sunt instabilia fundamenta, tam caducum
adficium omne, quod superstruis.

Haret hedera tenui ramusculo? cucurbita aut vi-
tu, & fragili & erosæ vimo maritata? ruinam breui ex-
pectare potes.

Statu fortunæ, globo volubili insistentibus, aut
rotarum impetu currentium radijs, Herodianorum
amicos adsimilare possis. Nam vt statuas illas primus
mox motus deturbat; & rotarij radij citè ab alto in
imum voluntur; sic illos leuicula occasio illicè ex-
pugnis paruos, imò nullos facit, forsitan de Consuli-
bus

Ouid.

bus Rhetores, ne remiges dicam.

Forsitan huc spectauit, qui sic vovit; Deum
pone illos ut rotam, & sicut stipulam ante faciem vnu-
psal.

Adeò multi à temone regnorum, quæ regebatur,
rus Israël & auriga eius, ad remones curruum agelli-
um, ad stiuas, ad temones, imò non ad remones mu-
num, sed ad remos, à tribunalibus, ad transita sine re-
legati.

Si qui forte non ruunt, certè semper tremunt;
parricida ille primus ab occidio Abelis fratre fu-
Gene. 4.

In cōtinuo metu motuq; versantur, ut tēplā nescio
quod in eo Ägypti loco de quo ita Pomponius Mel.

In quodam lacu Chemmis insula lucet, sylvaq; &
Apollinis grande sustinens templum, natat, & aqua-
venti agunt, pellitur. Pomp. Mel. libr. i. de situ Orbis.
9.

Omnia sunt hominum talium tenui pendentes filii,
semper nescio quam Atropotiment, impouiso telâ
felicitatis suæ lecturam, ut dicant, *antequam ordinet,*
succidit me, de manæ usque ad vesperam finies.

Vt nos quamlibet lani subitam mortem, scilicet pre-
cipitem ruinam semper timent.

Lubrica, tremula, pendula, vitreola in Curijs mi-
cirijsque Potentiorum sunt omnia.

Represen- Vestram enim fidem. Dixissetis (Auditores) cū beni-
tatio mu- aut nudius tertius legeretis, aut ex me audiret illi;
tationum Herodes metuebat Iohannem, sciens eum virum infi-
citra Ba- & sanctum;

Represen- Item; Herodes custodiebat, seu obseruabat Iohannem,
tatio mu- vt gemmam auro incrustaram &c. vt regni sui aratu-
tationum um, vt seipsum.

Represen- Item; Herodes libenter audiebat Iohannem, nō nimis,
tatio mu- quam Sirenem aut Musicem &c. totus & totos dies ex
tationum Baptista sui ore pendebat.

Represen- Item; Herodes auditio eo multa faciebat; eius, vi Di-
tatio atboris, atbir. o Remp. pñne totam Galileam regebat
&c. Erat Baptista in Galilæa sub Herode, quod Ioseph

olim in Aegypto sub i^e Iaraone, qui uerstit*uit* eum Domum domus sua & principem ornauit possessione sua, ut vnde*ret* principes eius sicut feni*tu*sum. Tene*re*cis*ta*am prae*dict*iam doceret. plal. 104. Erat Corbon Herodianus.

Iplus Herodes cas*tu*odiebat Iohannem, & custodia militari illi insuper decreta, contra Herodiadis illi*ū* insidiata uebatur, vt erit quam maximè vellet Herodius occidere Iohannem, nullo modo posset &c.

Ograti*m* Concionatoris apud Regem prop*ter*e in*credibilem*!

Dixissetis (inquam) tuum talibus lectis, auditis, aut v*is*, fore tandem, vt auretis istud, Adiecit Herodes & hoc super omnia. Ipse enim misit ac tenuit Iohannem, & adligauit eum, & inclusit in carcerem propter Herodiam &c.

Vix ego, qui hec loquor, nisi Euangelistae tres fac*ent* fidem, his ip*si*s habeam fidem.

Quis enim credat, accidere tantam rerum vicissitudinem vnuquam potuisse?

Iohan. Baptista heri deliciae Regis; hodi*ē* Regis quiquili*x*, & Curi*x* peripema!

Heri Regis cœr*u*icali*h* di*ē* supplex autem Regis tribunal, & quasi capital*'*!

Heridonarijs & honorarijs augebatur; hodi*ē* suis & libertate spoliatur!

Heri Rege v*is*us protectore; hodi*ē* Rege v*it*ur impugnato*r* & captiuitatis autore!

Heri contra Herodiadem custoditus; hodi*ē* propter Herodiadem captus, adligatus!

O rerum, Regumque inconstantiam! O lubricas potentiorum amicitias! O vitreos mundi fauores!

Sed a*is*: Neque Rex, neque res mutata*r*, sed species Cires
tantum. quas du*b*iolum*s*

Forfican illi male*r*, qui tempora & tempora se*c*ernentes, putant aliquod tempus fuisse, quo Herodes Baptistam ver*e*metuerit, obseruant, libenter audierit &c. & aliud, quo vel oderit, & vinixerit Io*h*an*e*; vel quo, nullo Ioha odio, sed impotenti*ti* Herodiadi*s*

dis amore, ramen etiam vinxerit, occiderit.

Simulata fuerunt vel priora omnia, vel posteria Priora, cum se amicum Iohannis etiam ieuerti mortis simulauit, cum vere intus odisset, ut deinde vinciens ostendit. Posteriora, cum illum vinciens matasse animum finxit in gratiam Herodiadis, quirera ut prius Iohannem diligebat.

Et opini. Sunt enim certe, qui, quae Marcus de benivolentia in Iohannem regia memorat, negent accipienda, quoniam si sincerè & rectera eiusmodi essent, sed fieri a Rego stentarentur, a populo autem male credulo pro vera minimeque fictis crederentur, vnde & Euangilia velut vera memorarit, non deceptus ipse, sed vulgo opinione loquutus.

Scripturæ enim Sanctæ minimè est insolens, ad parentia, verisimilia, & vulgo ita credita, quasi vera recitare.

Diuns Anselmus in 14. Matth. Conscientius inquit Scripturarum est, ut opinionem multiorum, sacerdotis historicus, quomodo eo tempore ab hominibus creditatur.

Idem ibid. *Aliud volebat Herodes, & aliud similabat... Frequentabat... eum tentans, se aliquo modo posset eum à reprobatione sui reuocare.*

Consentient nonnulli scriptores classici, qui titulam quoque Herodis, quam mōs sequitur, de postulato potius Iohannis capite, quam media parte regni, & de emissio coram tot discubentibus intentando (ibi, Et contristatus est Rex &c.) omnino fictam affirmant.

Denique, id ferè persuadetur, quod fictiones illæ, simulationes, dissimulationes, ferè ex genio Curz sunt, & Potentiorum propria.

Hinc illud nescio cuius Gallorum Regis (Ludouici XI. opinor) *Qui nescit dissimulare, nescit regnare;* quod unum solumque Latinè etiam filium scire falso putavit.

Attamen, non admodum repugnauero, si quis rebeat quoque Herodem initio vere Iohanni bene voleat.

huius, obseruasse, libenter audisse, contra Herodis infidiles defendisse &c. sed vinxisse, occidisse, non odio, aut animo iam murato & minus bene volente, sed tantum ne Herodiadi sic poscenti displacebat.

Fauet enim huic sensu Matthæus & Marcus, qui loquuntur de carcere, subdunt modis uterque propter Herodiadem uxorem fratris &c. q.d. numquam fecerat hoc Herodes facturus, nisi amor improbus, quo Herodiadem deperibat, viciisset amorem quo Iohannem dilegebat. Non oderat, cum amicitia signa primum Iohanni demonstrabat; amabat etiam tum, cum ei vincula odij signa decernebat. Vis maior alterius amoris alterum vincebat.

Nycticorax illa, & ignava bubo, sola cum solo Regge, noctu in incestis puluinaribus ferali carmine cantans, canum potuit, ut traheret amantem ad vim amato inferendam.

Fauet & illud, quod postulato Iohannis capite, dicitur Herodes contristatus.

Fecit scilicet Herodes iste Antipas circa Iohannem, quod eius successor Herodes Agrippa circa Petrum statuerat; Occiderat Agrippa Iacobum fratrem Iohanni gladio; videns autem, quia placaret Iudeis, id est vel iatelle Iudeos, vel gratiam fuisse Iudeis primam illam crudelitatem, & Iacobi cedem adposuit adprehendere & Perum; cedem cæde statuit: cumulare, nullo Christianorum odio, sed tantum ut placaret populo. Act. 12.

Iste etiam noster fortasse nulla malevolentia, sed tantum, ut meretriculæ ardentissimè id adfectanti placeret, Iohanni manicas iniici iuber. Ille, ut placaret populo; hic, ut placaret Herodiadi: propter Herodiadem, ait Marcus cap. 6.

Nisi forte idem Herodes fuerit, qui & Iohannem & Iacobum decollarit, ut bis expressis verbis putat E. Erasm. in Rasmus, contra quam ego sensi concione 1. huius o. Paraph. petis parte 2. pag. 11. & 12. & in mea Ara Cœli conc. 4. c. 12. act. part. 2. pag. 68. Apof.

Vt ut tamen, & quoquo spiritu, Baptistam Herodes in carcerem intrusus; certe hinc videtis, ex his tribus vnum aliquod; vel Inconstantiam Potentiorum magnam, si quem heri verè ardenterisque diligebat, hodie, animo demutato, intrusus in vincula; id Hypocrisim & Simulationem fallacissimam, si amno semper eodem fuit erga Iohannem, id est, si semper, ex quo incestas eius nuptias cœpit reprehendere, illi male voluit, nihilque aliud, quam facte illum timore, obseruauit, libenter audiuimus, multe a eo audito fecit, & ab Herodiadis infidibus dectera custodia facte defecit &c. vel Injustitiam intolerandam, & Conscientiam iniuriantem, si quem adhuc verè amabat & celebat, sicut eum virum justum & sanctum, vinciri tamen, includi, necarique tandem iubebat, sarellitibus & lictore expeditis, tantum, ut placeret, aur non dispiceremur, reticulae ita cupienti, & crebro illud incalcentes seruus.

Iuuenal.
sat. 6.

Pone crux seruo; & ad illa Herodis, meruit quod crux seruus.

Supplicium: quis testis adeps? quis detulit audi.

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa qd. responsanti, O demens, ita seruus homo effidet, co-

Idem i-
bid.

annus serui in hominibus recententur? nisi fecerit qd,

Hoc volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.

Hæc tria { 1. Inconstantia,
Auditores { 2. Simulatio & dissimilitudine, An non clau-
 { 3. Conscientia, & In- mant, Herod
 { stitia contentua. cum Cusa se-
 { planè excusandum?

Heu fuge crudeles terras, fugitus auarum. Virg.;
Æneid.

II.

Inconstan-
tiam Po-
tentiorū
oriri ex
varijs
causis,

Quæ causæ tantæ Instabilitatis.
Et sunt vero causæ nonnullæ, ob quas accidere
vix aliter possit, quas iam iam produco, hue ad excusandum hominum illud genus, siue ad vitandum fu-
diosius.

Causa

Cause In- stabilita- tis Poten- tiorum variae,	1. Intrin- seca, ut	1. Humanitatis nostra communio; 2. Delicatus animus, & lae- cilius.
	2. Extrin- seca, ut	1. Spes subplementorum; 2. Captatores gratiae ipsorum Magnatum; 3. Subplantatores; 4. Genius negotiorum regiorum; 5. Fortuna.

* 1. Intrinseca, & ex ipsa hominum natura resultan-
tes.

* j. Humanitatis nostra communio. Quamuis enim
Reges a Poëtis passim filij Deorum, & a Propheta Dij
adpellentur, & filij Excelssi omnes, vt qui Deum nobis
officio ac dignitate repræsentent; non tamen idcirco
ita hominem exuerunt (imò nec Pontifices ipsi ex ho-
minibus adsumti) vt communes reliquis hominibus
infirmitates in ipsis nihil possint.

Et ipsi circumdati sunt infirmitate.

Et ipsi quoque homines sunt.

Et ipsorum quoque est, ingenuè istud fateri, Homo
sum, humani à me nihil alienum puto. T. cent. in Heaut.
act. scena.

Et ipsis multa humanitas accidere, & ab ipsis fieri
possunt.

Humanum autem est, non sibi constare, aliud stan-
do, aliud sedendo vele, aliud de rebus, hominibusque
cogitare.

Omnis homo mendax. psal.

Mendaces filij hominum in statu, ut decipient ipsi de
vanitate in id ipsum. psal.

Homo numquam in eodem statu permanet, nec cor-
pore, nec animo aut voluntate, vult non vult. Job.

Incredibilis volubilitas liberi arbitrij est.

Hominum quislibet, modico interuallo, ut luna
mutatur. Eccli. 27.

Non ita Carpathie variant Aquilonibus unde. Pro-
pert. 1. 2. eleg. 5.

Intrinse-
cis, ut

i. Huma-
nitatis no-
stra com-
muniones

1. Humanitatis nostra communio;

2. Delicatus animus, & lae-
cilius.

Pompon. Euripo ipso est inconstantior. Ille enim, viuis diei
Mela li. 2. noctiisque spatio, septies recurrit; at homo, etiam
Plin. l. 2. stus, septies uno die cadit, septies resurgit; tantillo tem-
Strabo l. 9. pusculo septies amorem suum vertit a Deo ad Crea-
 turas, & septies illas perosus amorem suum erorquet
 in Deum, velut toties mutata factio.

Quod voluit, sibiernit, repetit, quod nuper omisi:
Mox a pace, & vix iecto cum Deo fecero, cursus bel-

Iun. post, iterum paces bello intertextae.

In modo una horula, mille diuersae & aduersae vni ho-

mini & cogitationes & voluntates.

Meretrium nescio quid animis nostris inest, ut
hoc nunc aliud mox amemus.

Materiae iure ad similaueris, diuersarum formatum
ut capacissima, sic audiissima.

Ventis, ac literis aquae inscriptis fidere licet citi-

us, quam humanae voluntati.

Graecoque verbo Euripiston hominem quemcun-
que iure adpelles, adeo incerta est fide; parvus, con-
stans, nisi sacra aliqua Gratiae Dei anchora fixatur,
Spiritus Sancti pondere velut faburretur.

psal. 107. Vana salus hominis cuiuscunque.

Itaque & Regum ipsorum.

*Amicitia Regum repentina sunt, amorisq; ardore ful-
 to accenduntur, sed expugnari labefactariq; facile pos-
 sunt, ait Plutarchus.*

*psal. 145. Nolite confidere in Principibus, vti neque in si-
 lijs hominum, in quibus non est salus.*

*psal. 117. Bonum est sperare in Domino, quam sperare
 in Principibus.*

*In Domino, in Domino sperandum qui confidit: te-
 ritatem in seculum. psal. 145.*

**2. Animo
 delicate-
 sc.** ** q. Delicatus animus Et tam laedi facilis, quam pla-
 cari difficulter. Faciles motus mens generosa caput, in de-
 riorem partem ut plurimum.*

Aegerrime in eundem virum & magna fortuna &
magna patientia conueniunt.

Vt ferè Potentibus adeo delicata sunt corpora, ut
vel leuiculus vrtice ad tactus, vrat ipsos acrius, quæ o-
piliones

pilliones aut plebeios infixus aculeus , vel apum vel spinarum; sic ferè ijdem animi adeò interactiles, ut verbulo, aut nutu leui, neque leuiter excandescant, neque letes pœnas exigant.

Pro plumbeis offensis plumbreas iras gerunt.

—immodesta voce nulli est

Fas homini violare Dinos illos mortales . Pindar. o-
dei. Olymp.

Testes,tot Principum in Reges suos , ab uno pug-
no, tbelliones; Regum, ab uno dicteriolo , in Princi-
pes feritantes; testes, tot nobilium inter se, ob negatam
alni vmbram, monomachia; ac mutuæ cædes, ab una
vel refragatiuncula, vel mendacij , per iocum , obie-
ctiuncula.

Magni scilicet in oculis suis homines, & qui se Dijs
propemodum æquant, non tanti fieri se, quanti sunt,
aut le faciunt, non vulgariter dolent; & paulò iniqui-
ores ipsorum astimatores, aut nimis sobrios laudato-
res, mox respunt , & ex albo amicorum reiectos,
spongia oblitterant.

Perficit adorari debere se cum parent, Sc̄t imd̄ sig-
nata, & statuas (vti olim suam Nabuchodonosor:) facile
vel minimam cuiusque in quacunque recula
tegumentationem, aut obloquium, multifariam mul-
tilque modis multandam putant.

Alexander Magnus Clyrum , amicum alioqui ca-
rissimum, Philippi Patris memoriā paulo magnifi-
centius, quam vellet , tuentem , ferre non potuit,
sed arreptio à satellite telo, Patris laudatorem truci-
dauit.

Adiucti magna benefacta pensare gratijs pluma le-
vioribus, in patuis læsi, non paruas neque plumeas
iras gerunt . Mendaces filij hominum in stateris.
psal.

Itaque, cum difficile sit, amicos ipsorum non ali-
quando peccare, aut nutu, aut verbulo &c. (qui enim
non offendit in verbo, hic perfectus est vir:) nec possint
generosa quedam clientium pectora usquam assen-
tati, sed potius candidè omnia fateri , & atra atra di-

cere, & alba alba, albas niues, atros Æthiopes; negare, contradicere, cum ita res ferunt, inde sit, ut amicitia Potentiorum diuturnæ esse non possit.

Difficilis cultura Potentis amici, ait ille.

O si Baptista noster, ad quædam obsurdæ cere potuisset, aut voluisse: si ad quædam connuecte: simperasset sibi omnia assentari!

Si potuisset, aut voluisse dicere bonum malum, & malum bonum: si vultum ex vultu Dominorum comparare!

Terent. in Andria. Si potuisset, aut voluisse, Herodis cum Herode de nuptijs subscribere, & cum Volsæ Anglo nescio quo autorare factum: aut non dixisset, *Quæcunq[ue] has, non sunt verae nuptiæ!*

Si tacere odiosum illud, Non licet tibi habere xxviii frar[um] tui &c. potuisset!

Si de omnibus malis, que fecit Herodes, ne gryquidem!

Vixisset profecto Baptista uno minor Ioue, Herodius charus, reverendus, auditus, & in omnibus exauditus &c. quem nunc auditis capi, vincit, includit &c. &c.

Auro, esculento poculento vixisset, cui nunc darur panis artus, & aqua brevis.

Nunquam istas in amicitia cum Rege metationes esset expertus.

Lepidè quidem sed verissimè ramen nostrate proverbio iactatur: *Vinere volenti, tacendum est;* viuere inquam, hac vita mortali. Nam *vinere volenti vita vitæ,* vita omnia contra clamandum est.

Hic vñ quia aliquid dixi; ibi vñ mibi quia tacui.

Ibi tacuisse noçet; hic noçer, esse loquutum.

Ergo ille non male, qui sic ad amicum; *Vinetib[us],* & longè nomina magna fuge. Ouid. libr. 3. Trist. eleg.

Fuge, apud quos vel loquendo, vel tacendo penite, necesse sit.

* 1. Ex.

* Extri^{ne}ca, & à rebus fortunæ oriundæ. Itē extrim
spes subplementorum, id est, quia credant Poten- fecit, vt
tes, vel le fibi iūsſicentes esse (nam qui eiusmodi sunt subpe- 1. Fiducia
amicitias non admodum adfectantur) vel, facilimè a- mento-
micos nouos posse inuenire (ut vulgo dicitur) pro a- rum,
millo uno duos, ut qui opibus & potentia frequenter
non minus, quam hamo pisces capiantur.

Vulgaris amicitias utilitate probat. Ouid.

Vt iterum vtilum, quarum iactura non facilē est
reparabilis, sed diligentior solet esse custodia; fa-
cile autem reparabilem cura negligentior, sic ami-
corum.

Sed discedit, discedat, inquiunt Potentiores; succedit,
qui preceatur.

Namquid & vos vultis abire? Iohann. 6.

Neque te teneo, neque dicla refello. Virg. 4. Aeneid.

Omnium carum Scilicet.

Berum presia de raritate pensantur, ait Bernard.

Erit belli Dux aliquis in hostico cum suis à patria
& auxilijs proculaut Nauarchus in medio Oceano, Quæ vbi-
vis subplementa desiderentur? Tum & Nauarchus re que causa
et negligi-
mib[us], quantum poterit, indulget, ipsosque gentioris
mollis habebit; & Dux belli parcer sanguini vetera. custodie
norum. Erunt autem ijdem illi suis propiores extem- habitoru[m]
plò spes subplementorum & subpetiarum, fient san-
guinis suorum paulò profusiores.

Pergit memoria eorum remigum militumque cum
sonitu psal.

Generatio præterit, generatio aduenit. Eccles.

Videtis, ut viræ, quisque suæ, seruandæ sit curiosus?
Facit hoc, quod vniæ viuenda hic data est, & quod
semel amissa numquam (regulariter) refundi-
tur.

Ex qua statione, quibusque hybernis semel excep-
tit, nunquam animus reueritur.

Spiritus vadens, & non rediens.

Psal. 101. Spiritus pertransibit in homine, & non
subfister, & non cognoscet amplius locum suum,

Dedisset duas vias aut animas Deus: quam facile homines per temeritatem alterutram certe morte obiecissent!

Senibus iam & vietis, alioqui olim prodigiis aut hostis liberalibus, cur tanta pecunia sua tenacitas? Deinde scilicet vires sibi effectus iam vident, quibus, si patet, profundant, nouam parent.

Iuuenibus contraria tam facilis iactura numerum est? Aetas scilicet, & vires in vegeto adhuc corpore, commercijs & lucris aptae, si quid disperferint, recolligi posse pollicentur.

Ergo Potentes, et si quosdam amicos suos vuiles rebus suis, & necessarios vident; tamen, quia veterani illis aut egressis, aut explosis, nouos ostentatis opios comodique inescatos, aut amicitias suas vix ambituros, aut oblatis faciliter adnisiuros intelligunt; idcirco sunt ad rescidendas potius, quam discedas, veteres amicitias, quā nos humile vulgus, facilius.

Pro Baptista uno amisito, sperauit Herodes mille Phariseos, aut Sadduceos &c. si collibuerit agi, facilitior fuit, quod heri tam amicum habuit, hodie tam hostiliter adficiare, & hostem pro hospite gerere.

* ij. *Captatores gratiae Potentiorum.* Circumvolitant enim Magnatum domos & Philosophi sepē ipsi, & Politici homines, & pauperes & diuites, ut flororum apes, ut aues dumeta, ut vnguenta musæ, ut houtra formicæ, ut frumenta columbae, ut macella molochi, omnes spe emolumenti.

Non tam Aulæ, quam ollæ sunt quidam secessores, & amici mensa. Eccl. 6.

Prædam sequitur turba ista, non hominem. Seneca.

Curremus (inquit) sed in odorem vnguentorum suorum. Cant.

Iesum sequuntur multi non omnes studio verbi Dei, sed pars studio sanitatis, pars studio comedendi de panibus eius piscibusque &c. traxit suam quemque tam utilitas, quam voluptas.

Tam multi Potentum amicitias ambunt, ut ipsos
ipsorumque palatia, putres ob sideri, & ipsos amiciri
amicorum istorum pressura magis quam amictu suo,
& magis populo, quam auro suo, coronari.

Quid? etiam quidam per peruentores (*vt ille vo-*
cat) peruenire adfectant. Imò per largitiones, per ^{Ennius a-}
munera, per benefacta, quæ scè & male locata & ma- ^{fud Cic.}
lesacta arbitror. Ennius. ^{li. 2. off.}

Hinc illud; *Dantur opes nullis nunc, nisi diuiti-*
bus.

Et Dator in amque est qui dat, non danti vero nemo
dat. Hesiod. op. & di.

Etsi, tam dare, quam hospitale esse remuneraturis,
affidus avaricie est. D. Ambros. lib. 7. in Luc. c. 14.

Ita quidam captatorijs institutionibus imbuti, ut
mane, vt vespero, vt turbido, vt illimi flumine; ut
procelloso, ut sereno caelo, ad Principum, quasi pisci-
um alitumue, capturam, aut ferarum venationem,
semper hamum aut rete suspendant, & munusculo,
quasi esca tenui, captent; ouem ex ouo, aut ex oue bo-
uem sperantes.

Tanta hodiè est, fuitque pñne semper, ab auræis
mox seculis, φλογιμα, & propriæ excellentiæ cupi-
ditas, ut meritissimè Calphurnia lex, si nunquam fu-
isset, nunc statui debere videatur.

Ingerunt se in Principum amicitias, per stultam fa-
cientiam multi, &, quasi pro Penelope, imò pro He-
lena, certatim, ut Principes amicent, pñne procari
non erubescunt. Ut umbra corpus, sic sequitur fortuna
lumina vulgas.

Tanto ergò agmine Volonum dicam? an violentorū
amicorum, ex quibus delictum optimorum
facere Principes posse sibi videntur (etsi sapè copia
tanta nocet, & pessimi non raro optimis præferun-
tur) Curias velut obidente; quic miremur, Reges tā
faciles esse, ad veteranos amicos leuissima, aut nulla,
causa explodendos?

*iii. Subplantatores; & Eunuchi Regum incantato- ^{9.}
res, Colax, Morio, Ludio, & mille id genus homines, Subplan-
tatores, alic-

aliena felicitati insidiantes, conanteque alienam seria beatitatem suam statuere, aliorum decou-
scendere, aliorumque ruina libi gradum ad altius facere; quod ut pertingant, apud Reges & Potentes re plus nimio credulos, delationibus, & calunnias, pessimè veteres Regum amicos traducunt, ac inde gradu tuo ipsos derubant.

*Etrana loquax in penetralibus Regum ipsorum. pl.
Senet. in Hippolyto. Fraue sublimi regnat in auro.
Senec. lib. 7. de benef. Nec quisquam finge-
tentus est leuia, cum magnitudine mendacij siam qua-
rit.*

*Idem ep. 3. lib. 1. Errat ille, qui amicum in atrio qua-
rit.*

*Idem ep. 2. libri duodecimi. Ambitus tam foli-
citus est, ne quem ante se videat, quam nesciat ali-
um.*

*Incuruare (inquiunt tales honorato & optimo cui-
que) ut transamus.*

*Nostrates vulgo id vocant felem alicui in tribu in-
cere.*

*Sebastianum quandam sub Valeste Eunuchi, qui
Imperatores sopiunt, animi eius reficiundine offen-
si, imperio destitui procurarunt. Suidas in operis
civis.*

*Venerunt ad Demetrium viri iniqui & impes in Israele
& Alcimus dux eorum, qui volebat fieri Sacerdos: & i-
acusauerunt populum apud Regem ascensos: Perdidit Is-
rael & fratres eius, omnes amicos tuos, & nos differimus
terra nostra. 1. Machab. 7.*

*Itaque ubi zelus & contentio, ibi inconstans, & om-
ne opus prauum. Iac. 3.*

*Contentio, & Malitia subplantatorum istorum
transuerit sensum Principum sine malitia, & minimè
ad fraudes eruditum.*

*Ut naues cum magna sint, circumseruent à modia
gubernaculo, ubi impetus dirigenter voluerit, sic leges
Reges quamlibet Magni & circumspecti, nescio cuas
locutuclij lingua huc illucque, nunc ad huius indig-*

Inc. 5.

ninseum amorem, nunc ad illius immeriti capitale
odium adducuntur, abducuntur, reducuntur.

Ita non tardò vñus Eunuchus animum Principis occi-
cupat totumq; tener, vt deinceps dicere vix possis, cor
Regi in manu Dei est, sed in manu vnius illius adulato-
ris, qui vt molle cerā illud vt vult fingit, refingit, ver-
tit, conuerterit peruertit, mutat quadrata retundit, tri-
angularia quadratis, Regemque, vi vult, lupiter sci-
licet ille nouus, transformat & alterat arte.

Ita vulpem vulgo fabulantur, apud Leonem exte-
ra animantia traduxisse: & ipsa vicissim, cum viderent
apud suum se Regem, occasione vnius omnia regen-
tis vulpecula, plus, quam vellent, vultus; etiam sta-
tuus, magno conatu vulpem in Regis odium trahere;
itaque ipsi vulpecula tandem, specie honestæ le-
gationis, ad disquirenda scilicet que ad Regem Leo-
nem aegrientem fanandum sacerent, allegationem è
Curia procul, procurâsse. *Apolog. apud Ant. Gueuar-
ram p. 3. epp. aur. ep. ad Neptem suam.*

Alij aliorum, dimissionem, quorum oculatam
præficiam reformidant, specie honoris procu-
rant.

Regum animos quidam verbis suis quasi pastilli. Quos Re-
cant, & quò, & quā volunt, verlant, vt pastilllos pi-
stores & pharmacopæci, aut vt crudas & adhuc rota
hærentes glebas figuli Samiorum.

Ex vasis gloriæ efficiunt vasa contumelia, atque ex
phialis pellucidis, lebetes fuliginosissimos;

De vase electionis, vas Electionis;

De Legato, relegatum; id est bonos Principes cor-
rumpunt vna & perdunt.

Hocopus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum,
& qui loquuntur mala aduersus animam meam. psalm.
108.

Ierem. 18. Descendi in domum figuli, & ecce ipso
faciebat opus super rotam. Et dissipatum est vas
quod ipse faciebat ē luto manibus suis: conuer-
sus.

Susque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in
eius.

Quo in Curijs Principum adulatores, toriſſi
figulos vides, quorum rotæ sunt dolis animoq[ue] v-
satiles, quorum vi Reges, vt volunt, formant.

Iactare illi propemodum possunt d[omi]ni Regibus, Regumque populis, quod o[mn]i[us] Domini ad populum Iſra[el]itarum, apud Jeremiam. Nam
sicut figulus iſ[us], non potero vobis facere domini iſ[us] fr[ater] tu[us]
Dominus: Ecce sicut lucum in manu figuli, si tuiā-
nu mea dominus Iſra[el]. Jerem. 18.

Habet Figulus in lutum ius formæ, ius frangendi,
ius refiingendi: adulatores habent in populum in
vitæ & necis, ita Reges suos usurpant abut[er]eador.

Illud Pilati ad Christum; Ne[on]t[em] quia p[ro]ficiat[em] ha-
beo dimittere? iactare possint illi sap[er] ad populum,
verius quam iustius.

Danielem summo iam loco apud Nabuchodonosorem,
an non quidam eius farina homines, tam
ius promotioni inuidentes, religiosis periculis p[ro]sum
apud Regem adefensantes, è summo loco, ad loco
Iconum dettinxerunt?

Mardochæum Assueri Regis olim seruatoem, po-
pulumque Iſra[el]itarum vniuersum, an non Am[er] Ma-
cedo, apud Assuerum ipsum p[re]cē obprecessit?

Aratum quemdam adolescentem, quo Rex Pro-
lomaeus ad se ob virtutem allecko in omnibus ut de-
creuerat, nonne inuidi quidam criminari, omnino a-
pud Regem exautorarunt?

Palamedem utrissimum bello Troiano Duxen
nonne perdidit falsa proditio, inuentum fallacijs V[er]o
fi? Quid, lib. 13. Metam.

Nōrunt lippi & tonsores, & qui, & quem populi,
& quam Nobilitatem & apud quem Regem (v[er]a
rent scilicet ip[s]i, illorum miseria & ruina magno littera
infamârunt, vt nulla haec tenus spongia deleri infamia
macula potuerit, non sanguine bellis diuiri, sed
vt, ex Augea Regis Eliorum bubili folidissimo, fac-
ilius Hercules triginta annorum simum, traducere
medio

ntium Alpheo flumine, egerere potuerit, quām mī
trilli accusati facta atque infecta ab æmulis suis fibi
adscripta vel adscita, pñē toto ciuium sanguine c-
lare.

Hinc populus olim, merito suo, Principibus suis
semper carissimus, vixit deinde iisdem suspectissimus;
Proceres olim eisdem gratiosissimi, apud ipsos iam
non dissimiles exautoratis.

Multi scilicet (ziebat prudentissimè Rex magnus
Xerxes) bonitate Principum & honore, qui in eos col-
latus est, abusi sunt in superbiam, & non solum subiectos
legibus nitidius obprimere, sed datam sibi gloriam non
forent, in ipsis qui dederunt moluntur infidias ... Et in
tantum resarci proruperunt, ut eos qui crediti a sibi officia
diligenter observarent. Ita cuncta agunt, ut omniam lau-
di signi sint, mendaciorum cuniculis conentur subuerse-
re, dum aures Principum simplices, & ex sua natura alios
impudentes, callida fraude decipiunt, & pietatem Regū
laetudinatate commaculant. Esther 16.

Itaque per tales fit, ut etiam iij, quibus in Curia val-
de atridere fortuna videbatur, facilimè ab eadem de-
finiti, ex summis ad ima casu grauissimo, drepente,
ignoris tam causis quām autoribus, corruant.

Vt solum ipsum/a quo firma quæque solida nomi-
natur) quantumuis stabile & natura immobile, ta-
men a viventorum, qui in visceribus eius innascun-
tur, videmus nonnunquam à sedibus imis commoue-
ti, patique è montibus suis valles, è vallibus montes
fieri, & ruina ciuitatum dorso eius incubantium, sic
repente adobrui, ut dicas, & campos ubi Troia fuit; Sic
vitos primiores sapè videre est, iamidudum solidam in
Curia Principum gratiam suis meritis consequatos,
mox mox, nescio quorum adulatorum, quasi vento-
rum subterraneorum sublationibus & suggestioni-
bus, illa despoliari, ruere, ac omnino nullos, & nihil
fieri.

Ex oubus, lupos vespertinos, ex rosis rubeis, albas
efficiunt, calumniarum suarum auri pigmento, cius-
modi assentatores,

Candis

Candidus de nigris, & de carentibus atra. Dicund bonum. Columna ipsa Reipubl. aut Provincie, sunt ipsi filii: ipsi fatum pestes, & fascino efficere, rerum Dominis videti.

Vt Baptista sic ab Herodis gratia excedit; non heri indequaque honoratissimus vir, hodie famosus instar in vincula coniectus sit, non putans, famam ab aliquo Curiae subplantatore, Herodis querulator, quam ab ipsa Herodiade adcuratum?

Dicitus est apud Regem fortasse hoino nimis tacitus, nimis Cynicus &c.

Dicitus est, Regem concionibus suis apud populum valde exautorare, vehementer Maiestatem iudeantur suu temerario falcam sacram in Polincem mollementum dextrę nec opportune mittere, fortiter & obliquè regnum affectare &c. Quidnī? De Christo etiam inocentiore peiora apud Pilatum iactata sunt.

* iij Genius negotio-
rum regiorum, talis, *1. Secretum poscat,*
2. Vilitatem sibi fidem qua-
vt ratur.

* 1. Secretum poscat, adeò, ut p̄nē nulli secundo integrè consilia Regum credi possint.

Non ipsis vxoribus, quæ in Regum suu dormunt, finis Regum debeat patere.

Samson imprudentissimè, qui Dalilæ sue quamvis importuniissimè sedem vitium tantum suarum, & quasi totius belli aceruum tandem prodiderit.

Arcana & Sacramentum Regis abscondere bonum.

Sigillis pluribus septem signare sua Reges, congruit.

Itaque ut multa in fronte Reges amicis ostentent, semper tamen plura ac potiora condant in recella, & pectoris penetrali. Potentis Fronti nulla p̄des.

Amicitiam atq; inimicitiam (vt loquuntur Eunici) non semper fronte prominam gerunt.

Ludouici XI, Gallorum Regis consilium, quo Carolum suum, ob valetudinis imbecillitatem, lecitinè veruit, præter unum istud, *Qui nescit dissimilares,*

ne regnare; multorum Magnorum pectoribus al-
titudo infedit. Phip. Cominans in h. s. Vincensius Lu-
pus lib. 1. de Magist. Francorum cap. 9.

Tiberius Imp. nullam æquè ex virtutibus suis ac
imitationem diligebat. Cornel. Tacit.

Aquam benedictam Caris aliquem dare, iam pro-
verbio nostrates iactant, quem fallere, aut vanis spe-
bus alios lactare solitum putant. Quamobrem sic?
An non forte, quoniam saepiusculè experti sint, Cu-
m & Aulicorum esse proprium, aut fallere, aut spe-
rus pascere?

Omnia scilicet Potentibus suspecta, omnia solici-
tiant.

Siquid Saul quod David prudens sit nimis; cauere eū
occupat. I. Reg. 18.

Si dederint populi Dauidi decem milia, Sauli mille;
imundebit Saul, & credet, nihil Dauidi dandum su-
petesse, nisi solum regnum. Ibid.

Sic ferè amant Potentes, & sic se credunt suis, tan-
quam aliquandò ipsi sunt oscuri, ex Biantis (vt quidam
filii putant) præcepto; aut tamquam aliquandò fu-
turi ipsis amicis suis exos. Vide Cic.
de Amici.

Seneca illud rarius est qui exaudiat. Amare sic inci-
piat, quam non licet desinere.

Itaque Potentes fecerit impetum benevolentie, vti
casum, sustinent, habiri imperant, ne nimium fidenter Quia tam
quemquam ament, ne cuiquam familiarius mysteria una con-
tegunt omnia communient. firmat a-
amicitias,

Cic. in Lelio. Quoniam enim modo quisquam amicus
nisi esse poterit, cuius se putabat inimicum esse posse?

Quo modo omnia in aurem sinumque eius secreta
effundat, quem sit aliquandò deserterus, vel a quo si-
bi videatur aliquandò deferendus?

Sed valet Biantæ illa (si tamen Biantis est) disci-
plina, valet inquam, ad amicitiam si non omnem tol-
lendam, certè ad vesculam & omnino exilem semper
ac minimè vegetam efficiendam, ac consequenter ad
facilius dissoluendam, quod sc. non adeò multus est
et impetrare non alium radicatae labor; quod non
multa

multa dedolendi, dediscedi, desuscendi anxius
ius, quod nunquam altè impresum fuit.

Ergò faciliores ad dissoluendas amicitias sunt po-
tentest, ut quas se diffidentia ferè ipsis necessaria man-
quam est passa altè radicari.

Vt exilis valdè est matrum de morte embitionem,
aut de liberorum mòx à partu, aut ab lactationem
tu mæstitia, grauior de mortuis cum adoleuiscat, &
cum ipse longo tempore amorem natorum concep-
sent; sic de amicitijs debilibus exiguis dolor, cum
se desierint.

Rursus Secretorum iam communicatorum vincu-
la, in multis id faciunt, vt suos non defterant, ne font,
quæ qui deserteri sunt, sciunt incommodo maximo
ferotis, alijs prodant. Secretorum communio,
quasi obfides quidam, quedam arra, & quoddam pug-
nus, certissimaque cautio est amicitiae haud leniter
dissoluenda.

Iuuensis homo acutissimus vidit, quid secretorum
communicatio, ad amicitiae vel vera vel similitate
mititudinem possit, cum dixit,

Quis nunc diligitur, nisi conscient? Cui ferunt?

Aestuas occultis animus, semperq; incendio?

Nil tibi sò debere putar, nil conferet umquam?

Participem quite secreti fecit honesti.

Charus erit Verre, qui Verrem tempore, quo vult,

Accusare potest. Iuuenal. sat. 3.

Sed secretorum suorum communicatores haud fa-
ciles sunt Principes (vti dixi:)

Ergò & ad deponendas mutandasque amicitias fa-
ciliores, tum quod minimo dolore ab amicis vix ami-
cis discedant, tum quod nihil timeant ab eis, quibus
omnia, aut valdè multa regni sui Sacraenta studio-
fissime occultauerunt. Prodi se aut sua nihil o-
ment.

ii. *2. *Velitatem suam ferè querat. In ea enim ioh-*
Vtilitas *mana sententia ferè Potentes versantur, ut profici ad-*
queritur, *iumentiq; causa, non benevolentia neque caritatis, ami-*
citas esse experendas putent.

Tamdiu & tantum amant, quamdiu & quantum
egent, dum scilicet emercentur.

Rusticationem & mercaturam quamdam illos hic
dicas exercere, quamlibet Nobilitatis id esse propri-
um ab illis absit quam longissime.

Vt enim Rusticus amat, pascit, colit, vaccas, oves,
gallinas, agros alios alijs impensis, quod haec laetiæ,
ignotum, lanæ, euorum, isti frumentorum alijs sint
secundiores; sic illi in amicos vtiliores propendent
magis.

Vt illo superueniente, minus utilem ferè dimi-
tant.

Cicero, aut qui quis alius autor, libro ad Herenni- Amicitia-
um de Inventione 2. Amicitiam si ad fructum nostrum cum pe-
rficiemus, non ad illius commoda, quem diligimus; non
ut ipsa amicitia, sed mercatura quadam utilitatum sua-
rum. Prata, Tarua, & pecudum greges diliguntur isto
modo, quod fructus ex eis capiuntur: hominum charitas
Amicitia gratuita est.

Iure dixeris de talibus, quod quidam de Thaide
meretrice; Thaide si quis amat; non se sua credat a-
marri:

Thais amore carens, munus amantis amat.

Dicce, vel ex milibus, quos regere omnes, & qua-
lesunque, & undecunque confluentes, bellis adhuc
seruentibus videoas excipi humanissime, amicari, de-
mulceri, honorari &c.

Quid? etiam alicubi nulli gestanda dabuntur Signa
Ducas, nisi qui scelerum iam feceris usum, Adulerisq; in
castra nefas. Lucanus.

Audacissimus, perfidissimus, scelestissimus quis-
que ferè receptissimus.

Desertuerit verò bellum, & candida Pax postlimi-
nio adfictum tegnum, reuiserit, mox videoas charissi-
mos olim illos, & tantos nuper amicos tirones, veter-
anos, Centuriones etiam & Tribunos exautorari,
sapè & rude indonatos, non lauro non auro honora-
tos, non nunquam nec stipendijs emeritis ritè nume-
ratis dimitti, forsitan etiam multari, & lorum pro

Iauro illis ipsis rependi, quorum anima egregie hosti
restiterunt, auita regna Dominorum conseruantur,
forsan etiam Dominis noua quaesierunt.

Cessat utilitas, vel necessitas? sacra roganda usq;
ram amicis Potentiorum fecit quam meretricium. V-
trolque ad amicitias egestas proclives fact, & utili-
tas.

Daudi de debellato Goliatho, quæ stipendia Saul
numerarit, quis nescit?

Quis nescit ab illo deinde stratagemate, Sauli u
ipsum odia? infidias? Amulatas & dolosas pacis eu-
lia? ac tantum non mortes? Hic pietatis honor, &
liberati Regis & patriæ, per monachiam atque in-
parem & periculofam, Daudis stipendum vel mors,
vel perpetuum exilium.

Disce & hoc ipsum, vel ex dicendi ad populum ma-
gistris. Ipsi enim (quamdiu nihil, nisi reddenda Ce-
ri, quæ sunt Caesaris, cui tributum, tributum, cibos &
honorem &c. eiusmodi pronuntiant; quamdiu adver-
sus turbulentos nouatores & coniuratos, quamdiu obedi-
entia Superioribus a subditu bona fide preten-
da, de Regum liribus, & pro Regibus, vii & iace-
cessarium est, loquuntur; doctissimi homines huc,
iudiciosi, discere: tique ab ipsis censetur, & minus om-
nibus, ac pœnè ipsa Petri sede dignissimi; mutato au-
tem per iustum occasionem stilo, non etiam animo,
subjiciant illud, ut quæ sunt Dei, Deo; doceant Sacre-
dores Regibus præhonorandos, Regibus in Clerum
& Sacra nihil iuris, non tantum in Sacerdotia; in mo-
nasteria & Episcopatus, quanti, u usurpat; vel dum-
taxat missitent, militem indisciplinatum disciplina-
tiū habendum; tributis in luxum non abutendum;
popellum pro subditis, non pro mancipijs habendū;
Herodi non licere habere uxorem fratris sui Philippi, & vi-
ui & fœundi; mōx ijdem illi, mutatis tam animo quā
stilo, ipso illos, quos heri Apollines magnosq; Pro-
phetas, adpellabant, hodiē delirare, repudiat, & nō
studuisse; ultra crepidam suctores velle; res politicas
nihil

nihil ad illos pertinere, sed breuiarium & rosarium
vociferabuntur; blaterones esse, omnibusque cathe-
dris explodendos &c.

Ab q Synagogis facient vos.

An non igitur qui primum istos politica conuenienter & vtiliter Potentibus tractantes sic audiebant,
sic colebant, ac factum non adorabant; deinde crastino eodem quidem, sed comodiusculè saluti
Reip. & populi, ex quo & bono, adtingentes, deliros
cent, aut minus amant, merito videri dicique pos-
sunt, amiciriam cum talibus magis commodi sui, quam
charitatis causa coluisse?

Ergo Potentes ferè tamdiu amicos colunt, quam-
dui viles experuntur.

*Fere maxima pars morem hunc homines poten-
tes habent, quod sibi volunt*

*Dum impetrant, boni sunt: sed id ubi iam penes se
habent*

Ex bonis, pejsum & fraudulentissimi sunt. Plautus
in Capteiucis.

Vulgus nostrum verissimè nostrate lingua; Ser-
uum Dominorum, non esse hereditatem, id est,
non esse peculium instar fundi, firmum ac perpetu-
um.

*At ubi utilitas in amicitia, vel sola, vel maximè
cautum, quid restat, nisi ut eadem, utilitate cessante
& ipsa facilime fiat diuotium?*

Cic. in Lælio. *Si utilitas amicitias conglutinaret, ea-
dem commutata dissolueret.*

Senec. epistol 9. libri 1. *Amicus, qui causa utili-
tatis assumpsus est, tamdiu placbit, quamdiu utilis
fuerit.*

Sed contingit, amicos Potentum Potentib⁹ viles
esse defacie, vel iam cessantibus Potentū necessitati-
bus, vel amicis ipsiis nūnc per aratem, nūnc per fortu-
nā, nūnc per rectę Conscientię dictamē impotentib⁹.
Possit n. vel Palatinus ille, vel Curia, ab amico, quod

Yy 2 iustum

justum non sit, huic postulare isti prestare, verbis
sa; vt aut libidinis minister, aut adiutor sit ad iniuriam;
aut vt sit in libidine & iniuria dissimilator, quo-
rum alterum hic Herodes noster, de sua libidine & in-
fratrem iniuria, optauit, nempe Baptista de his filie-
re; Baptista autem, vt vir bonus, renuit, cum filio
Concionator diuinitus destinatus, nisi turpiter, non
posset.

Ergo, & hinc amicitias cum Potentioribus
modò facile dissolui, sed sèpè etiam in odio acerbissi-
ma ac sempiterna conuerti contingit, non raro exilia
& mortes adferre.

Vt liquet
ex Bapti-
sta & He-
rode.

Ecce tibi ex textu nostro, exemplum ad manum,
Herodes hodiè misit, ac tenuit Iohannem, & adligauit
eum, & inclusit in carcerem propter Herodidem *¶*. Ioh-
annem, inquam, illum heri tam carum, ac paucè de-
licium suum.

Et mòx mòx eundem occidisset, neq; vinclum dia-
luisset, nisi populum timuisset.

Et quem Iohannem? illum ipsum, quem heriac no-
diusterius ille ipse Herodes ita custodiebat, ita liben-
ter audiebat, ita multo audito eo faciebat, vt dormire
non posset, nisi cunis suis (vt aiunt) a Iohanne agita-
tis.

Commodus fuit Herodi Iohannes, quum Iustitia,
Turbis, Publicanis, Militibus prædicauit, quoniam
opus Iustitia, Pax Regum & Regorum: Herodes il-
lum tunc timuit, tunc reuerenter habuit; tunc cogi-
dit, obseruavit; tunc liberenter audiuit *¶*.

Incommodior deinde est visus, quum dicere cepit,
Non licet tibi habere uxorem fratri tui *¶*; & qui
corripuit Herodem de omnibus malis quæ fecit? Cepit el-
se contrarius operibus non tam regis, quam tyanni-
cis: Tùm dicto ciuitas mutata in odium hescena ab
seruantia, misit Rex ac tenuit eum, adligauit, inclusit *¶*.

Hoc crimine ab uno
Disce omnes. 2. Æneid.

* v. Fortuna, quæ, quod cuique maior beatiorue ob-
tingit, hoc Inferiorum cum ipso amicitias instabilio-
res facit.

^{5.}
Fortuna
secunda.

Patul

Parui faciunt eos, quorum honorum non egent,
alios contra egere suorum non ignari.

Cic. in Lelio. Multorum opes prepotentium exclu-
dant amicitias fideles. Non enim solum ipsa fortuna caca-
et, sed eos etiam plerumq; efficit cacos, quos complexa est.
Itaq; illi efferruntur fasidio, & consumacia, neq; quid-
quam insipient fortunato intolerabiliter fieri potest. At-
que hoc quidem videre licet, eos, qui anteā commo-
dui fuerant moribus; imperio, potestate, prosperis rebus
inmutari; speniq; ab eis veteres amicitias, & indulgeri
nouis.

Quod scitissimè aiebat quidam, aliò spectans, Nō Ouid.
beni conueniant, nec in una sede morantur metans.

Maiestas & amor, huc leniter torqueri possit.

Nam cum Magni ferē ab amicis minoribus secum
agivellint, vt cum Magnis, non vti cum amicis ac pa-
tibus & alteris se (quod in vera amicitia expedit:) mi-
nores contra non se minores semper, sed amicos re-
condentur, & hac pates arbitratur, itaque versentur
loquanturque nonnunquam cum Magnis illis, vt cū
paribus. Hinc fit non ratiō, vt offensi illi opibus Mag-
ni, animis Maximi, spretis citō amicitijs veteribus,
nouis indulgeant, sive prolixioris à recentibus illis re-
verentia, & respectus, & despectus, & suspecto quattuor
tutto, aiunt Irāli profectō verissimè.

* Deinde Amicus amico seruit, idemque ab amico
expectat. Seruire autem nescit Maiestas Potentiorum
illorum, adiutare scilicet seruitijs praeueniri.

Paradoxa illa noua & vetera, Maior seruiet minori;
Et, qui maior sit uestrum, sit uester minister, non didice-
runt Potentes, vt opere illa repræsentent. Itaq; verē
amici esse: on possunt.

* Rursum; Amicus amico fidenter pñē imperat, vt
sibi.

Sed qui cuiusque etiam maiorum, imperium om-
ne contineat, amicorum nō in orum qui ferant?

Qui Rex est, Regem, Maxime, non habeat. Mar-
tial.

* Item, Amicus ad amici offensiones tacet, patitur
Yy i &c.

Iuribus
amicitiae
repugna-
tissima.

&c. Potentes illas ut tormenta patiuntur, gravissim
comminuentur sc. & iraleuntur.

* Item; Amicus amico ignoscit (*amicis vitiis nivis, si
oderis, aut ille :*) Potentes viciuntur.

* Item; Amicus nescit ad: lari, silere ad amici viti;
Potentes nulla re adeò ut adulatioibus delectantur,
monitoribus etiam blandissimis alperi& inqui claus-
his semper auribus Veritati. Omnia cum habent
aut habere cupiant, vnum hoc nolunt, qui ipsi de-
pis verum dicat.

Cic. in Lælio. Monere & moneri proprium est ver-
micitia, & alterum libere facere, non asperre, alterum pa-
tienter accipere, non repugnante.

Itaque, dum amicus pauper cum potentiore, non
tam incaute, quin candide procedit in omnibus re-
tens amicitię iure, nec timeret. Potentis amici vitijs ma-
ledicere, & paria ab illo poicere, dum se amicū iure
alteri putat parem; contra vero Potens impotenter
atque impatienter accipi, cogitans illam, quam digni-
tatis suae maiestas facit, imparitatem; facile incidi-
tur, in repentinum amicitiae veteris vel dissidium, vel
dissolutionem.

Adeò undeque aquaque lubrica & difficilis (ut ille an-
cultura Potentis amici, non minus, quam serpentis capi-
pti retentio, de qua illud est. Si laxas erexit, si fringit,
erumpit.

Principibus placuisse viris non ultima laus est qui-
dem, sed res fane peributica. Horat. lib. 1. ep. ep. 18. ad
Sciam.

Satius, audire fortis & procul à Curia, aut legere,
quid in Curia geratur, aut quales sint Curiales illi &
amicī Curie, quam in Curia vertati velle, & in ipsa
Curia, Curiae mala, & rerum meliorum incuriam ex-
periiri; ut ferre aiebat doctus ille Franciscanus, in Cu-
ria maxima Caroli V. Imp. diu multumque versatus.

Anton. Gneuarr. tom. 1. epp. aur.

Notissima vox est, eius, qui in cultu Regum conserue-
rat. Cum quidam illum interrogaret, quomodo rati-

nam rem in Aula consequetus esset, scilicet Senectutem? Inurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo de ipsis, ait etiam Aulicus alius Imperatoris alterius, Seneca libro secundo de Ira. Ita nunc, ite, & confidite in Principi- bus &c.

Baptista (opinor) non modò iure Officij Concio- natoris & Legati Dei, sed amicitia cum Herode ma- xima, etiam fiducia, aulicis est liberè, non asperè ta- men, eumdem adulterij, & omnium malorum quæ faciebat, admonere: sed Herodes ipse nec officio quidquam, nec amicitia tribuens, minimè patienter, nec ut Concionatorem, nec ut amicum, illum au- diuit.

Baptistam, velut oblitum Maiestatis amici, mini- mè amice rulit reprehensorem. Regem se, non ami- com, meminit.

Docuit amicos sic eum Potentibus, ut Magistri & amici leonum cum leonibus solent, timide, scilicet, & contanter, conuersari.

III.

Quām stulti Curiarum ac Potentiorum nimis sectato- res.

Itaque est, cùr valde quædam mirer in quibusdam nimis Curiæ sectatoribus, & (ut sic vocem) veris procos.

- Mirabile val-
dè posse
 1. Ambiri adè Curiam & Potentiorum
 amicitias;
 2. Fieri omnia in Potentiorum gratiam
 mòx desertorum;
 3. Amicitias Potentiorum diuine ante-
 poni.
- *1. Ambiri Curiam &c. adè, ut dicere possis Prin-
 cipes a quibusdam obsideri, etiam a quibus minimè
 oportebat, scilicet fortis hominibus &c.
 Non aliud spirare, quām Curiam, illos putes, non
 aliò adspirare, non malle vel in Cœlum & Concilium
 potitorum ascendere. Tam ardentes Curia procos
 eu, quām Paridem Helenæ.

Ita scilicet, musicæ quædam misella flammæ amon
magno circumvolat, à quibus mōx amburantur;
aliæ quædam vnguenta lætanter delibant, quib' nō
immoriantur.

Dixit meritò quispiam de talibus, quod olim
cabunda vulpecula apud leonē, de asino illo tandem
trucidato, quem avaritia & ipes exonerandi sui & ali
os onerandi tertium ad Curiam ægroti leonis redi
sser, cum semel iterumque manifestum periculum e
uafislet, dixit, nempè neq; cor neg, cerebrum asinam
lum habuisse. Tam enim excors, profecto est menti
que impos, quam asinus iste, quikuis Curiam ita am
bit, aut Aulicos. Anton. Gueuarræ epp. aurei ep. 26. ad
Mariam Gueuarr. neptem suam.

O Curia curatum officina, Omnis qui viderit ten
sifiet à te, si quid curat salutem, & securitatem.

Aulici cuiusdam quondam magni vox ad amicum,
non contemnenda;

Vñibus edocto si quidquam credis amico,

Viue tibi, & longè nomina magna fuit.

Viue tibi, quantumq; portes prælustra vita;

Sæcum prælustrî fulmen ab arce venit.

Nam quamquam soli possunt prodeesse Potentes

Non profunt; Portius plurimum obfessi sunt.

Crede mihi, bene qui lœvit, bene vixit, & intra

Fortunam debet quisq; mancresuam. Quid li. 3.
trist. eleg. 4.

Græcorum proverbio consonanter, quo dicitur
Procul à Iove atq; fulmine.

Contiguam habere casam proceræ turri, aut rupi
præruptæ parum tutum.

Quod de coniugij vulgo dicitur, valere hoc ipsū
vel in amicitijs diligendis. Si qua voles apie nubere, na
bepari, id est, amicittas & tibi iunge pares.

Martialis prudentissimè, qui inter ea, qua vitam
tam faciunt beatiorem, cum primis amicos parere recen
suit.

Ad Potentes, vti ad ignem accedendum, nec prop
erim, nec procul nimis.

Vt enim remota flammæ illuminant, propiora cō-
butunt; sic Potentes procūl positos, ac ratus adparē-
tes, ferè amant ardentiū, propioribus irascuntur, &
frequenter, & periculosis.

Formida sublimia sensper.

Vt qui medice viuit, misere viuit; ita ferè qui Au-
līce.

2. Horum
Fieri omnia in Potentiorum gratiam &c. bona, causa sic
mala.

Greculus esuriens in cœlum, iussus, ibit. Iuuenal. sat.

Doeg Idumæus à Saule iussus, audet sacrilegas
manus cæde Sacerdotum Nobes cruentare. 1. Reg.

Sed Doeg erat, id est mortuus, sed Idumæus, id est
terrenus, & sanguineus.

Malchus, vile ex Idumea mancipium, immemor
auticulæ, quam Petrus gladio abscederat, per miracu-
lum sibi iam iam à Christo restitutæ, alapam Christo,
& armata, opinor, manu impegit, & dentifrangibui-
lus factus est illius, in cuius faciem Angeli desiderant
proficere, nullo alio operæ tam egregiæ prelio pro-
posito, quam ut Caiphæ Summo tunc Sacerdoti, &
patrono suo, placere posset, dignum patella opercu-
lum.

Michæx 5. Percutient maxillam Duci Israël.

Sed & hic erat Idumæus, & mancipiū seruillissimū,
homini etiam contra Deum paratus seruire & milita-
re. Ibi sicut maxima merces. Lucanus.

Bellarius Iustiniano Imp. Dux dellī, eriam Silue-
rium Pontificem Max. vnius Augustæ mandato obe-
dientior, quam divino, mittit in exilium; itaque po-
stea ab ipsa iure desertus, atque excæcatus, tandem
sedentarius ad fores tuguriorū suburbani stipem men-
dicare coactus est. Breu. Roman. 20. Junij.

Homo aulicus Principi contra Deum militans, ac-
cepit dignum tanto stratagemate stipendum.

D. Thomam Cantuariensem Ep. Henrici Anglo-
rum Regis adulatores quidam, in templo ante aram
ipsum ausi sunt obturcare, tantum Regi ut placeret,

Yy 5

cui

cui hæc vox eruperat, Se in suo regno cum uno Sacra
pacem habere non posse.

Proh seruum pecus Aulicos istos!

Volsæus Cardinalis etiam Aulæ seruos pro Hem
ci VIII. diuortio, ac nouis (vt credebat nupijs) contra
Deum hominesque aulsus esl militate, de quo sünd
constat (ait Sanderus) cùm tamquam reus leſa Maieſtatis
regie adprehenderetur, eum dixisse. Vt inam nihil ma
gis leſa Maiestatis diuine reus eſſet! nunc autem, dum
nulli rei magis incubuit, quæ in vi Regi penitus inferuerit,
E' in Deum peccauit, & Regis gratiam non obtinuit. San
derus lib. i. de schismate Anglic.

Eccui ignoti sunt Guilianorum, & maximè Cardi
nalis, Ecclesiæ Principis minimè temerandi, ad grati
am vniuersitatis cuius percullores?

Vidi, qui pro Principe suo, gladiū nudarit ac flim
gerit, in turbam populi magnam, aliquem etiam vul
nerarit, ac pœnè totam turbarit ciuitatem (arcane an
iniuria nunc non disputo, yiderint ad quos spectat) i
deoque excepit deinceps eidem Princeps ex castissimo
multò charior fieri, pœnèque filij aut Patris loco ha
beri, sed non ad multum tempus. Nam non ita mel
tò pōst, cùm nescio quo modo Princeps illius sumi
nistros offendisset, ita omni gratia excedit, ut quæ
antea fuerat illi carus, tam eslet illi deinceps odio
sus.

Ah! nimium seruile genus, Principibus quam Deo
paratus!

Quorsum, pro Herode, contra iusticiam tam mul
ta audere, quam audent multi, cum mōx aulos sit He
rodes deserturus, fortassis & osurus?

* 3. Amicitias Potentiorum diuinæ anteponi, quæ
tam stabilis, quam Deus ipse.

Ego Deus, & non mutor.
Misericordia Domini ab eterno & usque in eternum,
super timentes eum, psal. 102.

Deus quum ferit eum quoquam fœdera, ferit sem
per.

piterna. Violatus etiam vix deserit.

Et est Dei amicitia bene meritis tanto ut ilior, quā-
tō Potencissimis quibusque hominibus creditur De-
us potentior.

Putatis Curiam & opes Salomonis, ad quas tamen
Sibilla illa Sabae regina ob stupuit, aliquid ad Dei no-
strī magnificentiam fuisse?

Oculus non videt, nec auris audiuit, nec in cor hominis
scendit, quo preparauit Deus his qui diligunt illum. No-
bi autem reuelauit Deus per Spiritum suum... Cor. 2. ex
Iai. 6.4.

Dicte in isto, quoniam benē. Isa. 3.

Pecus vix delibata eius boni drachmula in monte
Thabit ut exclamat! Bonum est nos hic esse, faciamus
eternam velit illam mansionem.

Quas voces D. Franciscus, Sacri Ordinis nostri Ro-
mulus, cum ad quendam libertale in Comitem aliquan-
do se conferret, sperans sub eius signis decus adipisci
militis, noctu audita a Domino familiarius ita se in- Cuius ra-
terrogante, Francisce, quis potest melius facere tibi, Do-
minus, an Seruum? Diues an Pauper? Ex, cum respon- men ami-
ditia nul-
la ut ilior.
disset, Tam Dominus, quam diues facere melius potest?
inferente statim, Cū ergo relinquis pro seruo Dominum,
Propantere homine disutem Deum? Eadem aulicis i-
stis Potenciorum procis nunc repeteo: Quis potest o Au-
xiliu facere vobis, Dominus, an Seruuus Eccl? Si Do-
minus, cū ergo relinquitis pro seruo Dominum Eccl? D.
Bonau. in vita D. Francisci c. §. 4.

Filiū hominum, usquequo graui corde? ut quid diligie
vanitatem & queritur mendacium? psal. 4.

Optima Maxima amicis suis præstat Deus ille
Opt. Max. ut pessima quoque & maxima, amicitia sue
contemtoribus.

Ergo Bonum est confidere in Domino, quam confide-
re in homine. psal. 117.

Quis ut Deus, quis ita potens & gloriolus?
Quis tam nullius egens, & tamen omnium gentium
amicu-

amicitias expetens, non egestate, sed egenos iusti voluntates?

Bonum est sperare in Domino, quam sperare in Prohibitis psal. 117.

Quis ut Deus? non hostile tantum is solet, aut talionem suis referre, sed centrum plenum, etiam isthic.

Quis ut Deus? non aliud ad salutem tuum: ex quo spontaneans & bonus, ac Deus, non aliud ex quo verax, ut amicitiae tenax atque efficax promissorum. Non ille aureis montibus tantum pollicendis dices, sed etiam exhibendis.

Ditissimus omnium rerum Deus votis humanis ditor, benevolentissimus, potentissimus.

Quis ut Deus? Homines nec quidquid volunt, possunt, nec quidquid possunt, volunt, nec semper praestant quod pepigerunt.

Policitis diues quilibet esse potest, & montes aureos promittere; sed non semper in promptu atque in manu est, quod dignum tanto ferat hic promissus tu.

Claudicat alterutro vel facultate vel voluntate, nonnunquam vitroque, ita ut nec libeat, nec licet & nullo benefacere.

Itaque ab hominibus scepè si parturiant montes, nascetur ridiculus mus.

Quæ igitur illa Aulicorum istorum dementia est, qui cum acciderit tempus, in quo amicitia humana mundi & Principis inimica sit Deo, sitque ab altero ad alterum, re ipsa & opere, transfigendum, malum ab Herodis partibus stare offeso Deo, qui cum Deo stando & eius mandatis parendo, Herodem offendere?

Quis sapiens, imò quis meliori rationis visu predictus puer non eius amicitiam amicitie alterius asteponat, quem videat constantiorem, opulentiorē &c?

Quæ autem adeò stolida, ut in caninis & a videnti agitatis, nullam umbram facientibus adulciter malit, quam in cedrorum Libani culminibus?

Ouid. de

Arte.

Horat. de

Arte.

Quia aquila malit in scarabæi fimo, quam in suis
louis acquiescere?

Quis in Arena ædificare domum suam malit, quā
super terra am petram?

Quis in Delo aut tremulis illis terris (quas mōx di-
cedat) arcēs locet potius, quam in cantibus Marpelijs
au Namurcanis?

Malèigitur, qui malunt, Herodibus inoffensis,
Deum offendere, quam Herodem inoffenso Deo.

Baptista vero sapientissimè, qui ut Deo officioque
fao leuaret, Herodem offendī sūlque deque ha-
buit.

Sed scio, accidit multis, quod illi adulterz, que di-
sebat, Video meliora, proboque,

Deteriora sequor. Quid. Metam.

Curix, & Potentis amicitia nomen ingiter tota die,
ab omnibus etiam qui in media Curia versantur, egre-
gi blasphematur, & audit passim pessimè, eadem ta-
men ab omnibus pñne ambitur, raroque ab semel in-
gressis serid deseritur.

Quotus Aulicorum quisque non illud Lucani sa-
pē dixit, Exeat aula Qui vult esse pītus.

Vixius & summa potestas,

Non cogunt?

Quis nō sēpē exclamauit, Quis dabit mihi pennas si-
cur colubæ, quis mihi Dēdalus id faciat, & ex Curia eu-
labo, & requiescam? Ecce elongabo fugiens & manebō, &
requiescam? aut istud: Elegi abiectus esse in domo Dei
me, in monasterio aliquo, magis quam habitare in
tabernaculo peccatorum? aut illud: Beatus, qui procūl ne-
gotijs, riuuit ratiōculo contentus suo?

Prou.17. Melior est bucella secca cum gaudio, quam
domus plena viēlīs cum iurgio, strepitu, & Curix cu-
dis.

Quā mihi multitudinem hanc viēlīmarum, cum
tanta multitudine curarum in Curia ista metu cura-
rum Oceanō inexhausto? quid hic moror, ut nos ueni-
mū omnibus, ignotus moriar mihi?

Quorsum lēnem & decrepitum in Curia fieri, cum
Simi-

Similio illo Duce Imperatoris Adriani, ut nunc quoque inscribatur, Hic iacet Similus, anno quin
sed quis ipse enno tantum vixerit? Septemnum etas
ca numerabat vir sapiens, tempus, quo relicta Prae-
ra & Curia, priuatus sibi vni vixisset. Dion. Cass. ap-
p. 13. in vita Adriani Imp.

Quorsum? Cedam potius atque abibo.

Sed nemo tam abit, quam abitur, aut est simili
abeunti.

Dic mihi cras istud, Posthume, quando venisti?

Cur, qui ambiturus adiurulque Curiam, ut boni
currebas, nunc ambiturus, & tam malam desierunt re-
ptas? maxime, cum sit scire natura animantium omni-
um mali fugitior, quam adpetens boni?

Sed quid? Non possum (inquis) tecum vivere, o Curia,
nec sine te. Martial.

**Curiā ad-
similari
Helenz,** Curiam ergo Helenæ illi, Dijs ipsis stupende pul-
critudinis fæminæ (vt autor est Demetrius Molanus)
iuste compares. Nam, vt eam, et si primis amatoribus
fuis aut damnosam aut iuctuosam, non tamen tem-
per amatores despererunt; sic Curiam multis exau-
tem, semper multi colunt.

Theseum primum suum amatorem, & seu rap-
torem seu custodem, Helena illa multis incommode
adfecit, regno Athenarum exiit, ut in Theseo refas-
Plutarchus.

Eadem deinde Menelaum maritum, nescio quem
hospitem Paridem furram sequuta, defendo multa
adfixit, nec minus infamavit, & Græciam totam in
Troianos armavit.

Nihilominus eadem etiam flagrante bello inuenit
amatores ac defensores.

Quia &, quamquam Trojanorum scnes pruden-
tissimæ (vt est apud Homerum Iliad. 3. de ipsa dicent),

Omnino immortalibus Deabus vultu simili est.

Sed licet talis sit, in nauibus redat

Neque nobis liberisq; in posterum detrimentum relin-
quat, quod notat Aristoteles libr. 2. Eth. c. vltimo. que
exponens Albertus Addit., Sapientes plebis non nulli
suctio

auerio vultu terga vertentes eam cuius ille, vocemque
publicam fuisse, *Helenam esse fugiendam*, ne fixius pul-
chritudinem suam intuentes aliceret ac ligaret; In-
venit tamen etiam tunc stultum suum, Deiphobum
Paris fratrem, qui mortuo Paride, se uxorem quo-
que duceret, sed maiore damno atque iniuria, quam
prores. Nam quum erant Græcos suos, desperata Tro-
iz captivitate, velut abitientes, ostentato ex arce
signo quod conuenientat, face ardenti reuocasset, at-
que ita Troiam Græcis prodidisset, capta iam urbe,
etiam Deiphobum iusto marito Menelao (quem ad
eius dormientis conopæum introduxerat) occiden-
dum propinavit, sicque viuis temporarij mariti cœ-
de, iusto marito Menelao iterum est conciliata. For-
mina sane iam tum perire dignissima, cum pestilen-
tia Lacedamonem urgente, & oraculo significante,
luem cessaturam. si quotannis nobilem aliquam virgi-
nem immolarent, ipsam aliquando forte ducentam, or-
natam, ac bene vittatam, iamque sub cultris positam,
aquila deuolans seruauit, quem gladium scilicet ab-
tipuisse, illatumque in armentum buculae imposuif-
set, ut referat Plutarillus torn. 2. moral. in parallelis. Et
Petrus Val. l. 19. Hieroglyph.

Illibili, tam multis infastissimæ, feminæ, Curiam
& Herodis amicitias compares. Vtraq; enim amato-
ribus suis pernicioſiſſima.

Vel certè Dalilæ, quam tanto ſemper ardentiū in- Dalilæ,
felix Samlon deperibat, quo illa frequentius dolo-
ſiusque contra Samlonem pro Philistæis egerat.

Vel ſexu ſeminarum, quas eſi æquè omnes ver- Amori
bo blaphemant, re tamen vera ferè nemo non amat, fæmina-
& rarus eſt, qui refugiat nuptias. Non enim omnes ca- rum,
punt hoc verbum.

Vel militiæ, quam fractus bello miles quisque ex- Militiæ,
ſecratur, nec tamen deserit, aut quum deseruit tantif-
fer, mōx repetit quod nuper omisit, ut primum vel signū
extollitur, vel tympana quatiuntur, id eſt, mōx ut mi-
les conſerbitur.

Vel Ebrietati, quam ebrij omnes doloribus ca- pitig

Ebrietati, pitis moribundi, & ruabundi noctu damnant, & luculo tamen primo ad immoia sua pocula renunti.

Casco, Vel caseo, qui ab omnibus pene medicis non medicis, malè audit, sine quo tamen ultime mens, etiam medicorum, putantur inbonora.

Equo Sciano, Vel melius equo Sciano, de quo ita prisci loquuntur. Creditus est equus ille ex Diomedes equi prognatus, insigni quidem specie, verum eiusmodi quod facio (sic illi loquebantur) ut quisquis illum possideret, is cum omni domo ad internectionem vique meritaret, id quod Cn. Seius primus eius dominus anno & Seianus dictus est) capit is damnatus, ac supplicio adfectus planè miserando, deinde & Dolabella, bello imperfectus: post hunc Caecilius ab hostiis occisus, incepit Antonius, detestabilis exitio perditus probatur. Hunc equum C. Basilius Argis fibi vilium refert, incredibili pulchritudine, vigore, & colore exuperantissimo nempe puniceo. Vide Gellium lib. 5, no. 2.

Att. c. 9.

Nam nemo non feret Curiam amat, quam malis nouit fuisse atque etiamnum esse exercitissimum.

Ita meretricio nescio quo lenocinio, aut (pene di-
xi) magico carmine valet Curia, & Potentia, et vel ro-
lentes ad se adducat, vel inuitos trahat, adductos tra-
ctosque teneat fortius, quam magna vis Magorum fer-
teum Mahometis simulacrum, aut ferreum Cupidi-
nem in Diana templo, nulla circumligatione.

Labyrin-tho, Labyrinthum adpelles, unde ingredi semel, nisi potenti gratia Dei, quasi Ariadnae quodam filo, credi nec Thesce ipse potest.

Opus pene sit Angelis cogentibus, & manu ad-
prehendentibus, ut Aulicum extrahant, pene ex-
trudant, uti quondam Lothum manu adprehenderet,
eduxeruntque eum cum suis, & posuerunt extra ci-
tem Sodomorum. Gen. 19.

*Renovare gradum, priusque euadere ad auras.
Hoc opus, hic labor est. Pauci, quos equus amat
Iupiter, aut ardens enexit ad aethera virtus.*

Dū geniti potuere. Virgil. 6. Aeneid.

Iraque hoc diligenter prouidendum, ne faciles ad
ambitum, aut ad ingressum simus, vnde tam difficultas
exitus est.

Et verò, quos sum sic ambire amicitiam inconstans
Herodis, qui si hodiè me obseruauerit, libenter au-
derit, audito me multa fecerit, destruxerit, ædificari,
mutari triquetra quadratis, quadrata rotundis, or-
bem motu non tam proprio, & suo, quam meo vnius
rexerit, cras alio audito, expeditis lictoribus me
cum Baptista adligabit, ad carcerem damnabit, ob-
truncabit?

Quò mihi tā constanter agere cum inconstantibus?

Quorsum amare Herodem nescio quem profundus Ezech. 3.

sermonis & ignorantie lingue, id est, qui nihil mecum quā
simulet, dissimulet, cuius nec linguam, nec nutus, nec
signa, nec mentem, nec ipsius, nec interpretis cuius-
cunque inquam satis intelligam? Apud quem cū ro-
fas spirare credidero, spinas inueniam? cum panes illū
dicere, experiar loquutum vel lapides, vel scorpiones?

Quid mihi cum Aula, quæ esse solet simulatrix, ple-
na dolorum?

Cuius ora fauo mellis, pectora felle tument? ut olim
cum Sallao meo ludens scripsi? Cum Curia, quæ lo-
quitur ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis in do-
lori. Machab. 7.

Quid? etiam Baptistam illic falli simulata obser-
vata simulata audiendi eius libentia simulatis, quasi
ad gratiam eius, Reipub. conversionibus!

Quocum non sic agatur, si sic cum Dei Legato,
Dei que Baptista, & tam publicæ & certæ probitatis
vito simulata, dissimulata omnia?

Quid mihi, si Deum timeo, si Conscientiam reue-
to, cum Herodibus, qui ne vinciola aut drachma,
non scripulum Timoris Dei, nec scrupulus vllus Cō-
scientiae, qui nec mentham, nec anethum, nec cymīnū
decimabit, & præterea relinquet grauiora legis, Iudicium
& Misericordiam & Fidem Matth. 23.

Dehorta-
tiuncula.

Qui, dūm vtile sibi & commōdum sit, est in hōstium atque iūiūstū sit, tamen, ad vnius Herodiāis subplicem libellum, & votūm simplex, iubebit vel Baptistam capi, adligati, in carcerem trudi, omnia subhaftari, caput amputari?

Fœlix, quem faciunt aliena pericula cautum!

Fœlix quicunq; dolore

Alterius disces posse carere tuo?

Nostri Baptista fors, speculorum multorum iūstū sit vobis omnibus Auditores, nobis maximè Conciliatoribus, Deique nostri Legatis &c.

ECHO

CONCIONIS XXIII.

THEMA. Adiecit tamen tandem Herodes & hoc super omnia. Ipse enim misit; ac tenet Iohannem, & alligauit eum, & inclusi in carcere, propter Herodiadē uxorem Phillipi fratris sui, quia duxerat eam. Luc. 3. Marci 6. Matth. 14.

Facta repetitione vītata, sic propositum;

- | | |
|----------|--|
| Dicendum | 1. Peccatum unum, alterius esse causam, & ipsum alterum sapere alterius esse pœnam;
2. Quomodo peccatum unum dicatur, si q; re vera alterius causa;
3. Quo modo, & cur captiuitas Baptista dicatur peccatum transcedens.
AVE. |
|----------|--|

I.

Peccatum unum, alterius esse causam, & ipsum alterum sapere alterius esse pœnam.

Probos

Impro-

bosque

semper

proficere,

Vt Probis viris (Auditores &c.) cura est semper proficiendi, longiisque semper & altius ad Virtutū vītēcem progrediendi; sic Improborum omne studium

est peccata peccatis cumulandi.

Vtrique studium magnum accruandi, his virtutes,

illis